

vel pricca vulgo dictae, lautissimo apparatu. Caeterum salitus salmo, qui in doliis toto anno servatur, non aliter quam recens paratur, praemaceratus tamen aqua. is specie quidem et colore prae se fert recentem, sapore vero siccior et tenacior est, quamobrem iure conditus ut sturio optime sapit. Denique infumatur salmo, praesertim qui Bremae capitur, vel crudus esitari solet. sunt qui segmenta ex eo super craticula assant. Bremenses quidem peculiari quodam modo eum infumare solent.“ (p. 827—832).

Über den von Kentmann mit „Ziege“ und „Goldfisch“ bezeichneten Wanderfisch finden sich in den „Paralipomena“ zur 2. Auflage auf S. 2 einige nähere Einzelheiten. Es heißt dort: „Qui Ziege vel Zige vulgo vel Goldfisch in Albi vocatur piscis, vel ipsa alausa est, vel adeo similis natura ac specie: ut merito eodem nomine appeletur: id quod cum ex icone eius, hic addita, tum historia a Io. Kentmano descripta, liquido apparet. Zige (inquit) piscis est tenuis et siccus, paucae carnis: colore pulchro, argenteo, dorso tamen subfusco. oblongus est, non ita latus ut solent esse pisces Goldfisch dicti, qui in Marchia capiuntur: longitudo enim eius ad latitudinem quintupla est. Caput eius, si foris aspicias, harengi capiti non dissimile est, nisi quod in parte superiore oris scissuram habet. Lingua ei parva, quae colore nigricat. Dentes utrinque ad latera in faucibus, mandibulis duabus duris adnati, sicut in eiusdem fluminis piscibus (Ieseno et Dibelo, ut vulgo nominant). Caput et oculi ad aureum colorem, paucis viridi permixtum, accedunt. In summis lateribus utrinque maculae quaternae nigrae digeruntur, quarum prima ad summas branchias est, ultima paulo sub initio pinnae dorsi. Ex Oceano in Albim subit hic piscis, et paulatim consumitur ac deficit. Capitur ut plurimum in hoc flumine, a festo Pentecostes usque ad divi Iohannis diem, quo tempore Sturio migrat. a Sturione enim e mari in Albim pellitur. Quanquam autem ad velocitatem et fugam, prae omnibus in Albi piscibus, comparatus sit; mollis est tamen, et quam primum ex aqua in aërem subductus perit. Maximi huius generis in Albi apud nos (Misenos) a duabus cum dimidia libris ad tres cum dimidia (quod tamen rarum est,) perveniunt. Sive assus, sive elixus, non boni saporis est. Si tamen praeparatum, sale intus aspergas, tum in fumo aut sole leviter sicces, et ita butyro inunctum super craticula asses, melius (ut in hoc genere) sapit. Et quoniam aridi hi pisces sunt, sunt qui in aliqua elixant: deinde exemptos condiunt iure e butyro, zinzibere, aqua, et modico aceti: sicuti etiam alios quosdam pisces siccatos condire solent, ut truttas, thymallos, lucios, et cyprinos latos. Quomodocunque paretur, nullus tamen in Albi piscis aequè ferini aut virosi saporis est: a quo etiam nomen ei impositum conjicio: ut Zige / id est, hircus dicatur. hircum enim, praesertim insolatus, olet. Haec Kentmanus.“

Aus der ganzen Beschreibung ist auf eine *Alosa*-Art zu schließen. Der von Kentmann mitgeteilte Name „Ziege“ ist recht irreführend, da man jetzt in Pommern und Preußen den Sichling, *Pelecus cultratus* (L.) so bezeichnet. Ob wir es mit dem eigentlichen Maifisch, *Alosa vulgaris* Cuv., oder der Finte, *Alosa finta* Cuv., zu tun haben, geht aus der Beschreibung nicht hervor*). Kentmann unterschied noch nicht zwei Arten.

*) Troschel (Arch. f. Natg. XXXII, 1, S. 267 Anm.) vermutete *Alausa finta* „die zuweilen geräuchert noch jetzt unter dem Namen Goldfisch auf den Markt gebracht wird“. Nach E. Boll (Die Fische Mecklenburgs. Archiv d. Ver. d. Freunde d. Naturgesch. in Mecklenburg, XIII, 1859, S. 145) ebenfalls „Goldfisch“ für *A. finta*.